Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

enim michi est ds: quom cupiam uos
omes in uisceribus xpi ihu. Et hoc oro:
ut caritas ura magis ac magis habu
det in omni scientia et in omni sensu
ut probetis potiora et sitis sinceres et
sine offensa in diem xpi ihu. repleti
fructu iustitiae per ihm xpm dnm
nrm. G Ecce quam bonum
et quam iocundum habitare fratres
in unum. Sicut unguentum
in capite quod
descendit in barbam
barbam aaron. Mandauit do
minus benedicti
nem et usque in sec. Dixit ihs S. Matheum
discipulis suis parabolam hac. Simi
le est regnum celorum homini regi qui
uoluit rationem ponere cum seruis
suis Et cum cepisset rationem ponere:
oblatus est ei unus qui debebat decem
milia talenta. Cum autem non haberet
unde redderet: iussit eum uenun
dari dns ei et uxorem et filios et omni
a que habebat et reddi. Procidens
autem seruus ille: rogabat eum dicens
Patientiam habe in me: et omnia
reddam tibi. Misertus autem dns
seruo illi: dimisit eum et debitum
dimisit illi. Egressus autem seruus
ille: inuenit unum de conseruis suis
qui debebat ei centum denarios
et tenens suffocauit eum dicens.
Redde quod debes. Et procidens con
seruus ille: rogabat eum dicens. Pa
tientiam habe in me: et omnia red
dam tibi. Ille autem noluit: sed abiit
et misit eum in carcerem donec red
deret uniuersum debitum. Viden
tes autem conserui eius que fiebant:
contristati sunt ualde. Et uenerunt:
et narrauerunt dno suo omnia que
facta fuerant. Tunc uocauit eum
dns suus: et ait illi. Serue nequam:
omne debitum dimisi tibi quoniam
rogasti me. Nonne oportuit et te mi
sereri conseruo tuo sicut et ego tui mi
seritus sum. Et iratus dns eius tradi
dit eum tortoribus quo adusque red
deret uniuersum debitum. Sic et pa
ter meus celestis faciet uobis: si non remi
seritis unusquisque fri suo de cordibus
uris. off. Recordare mei do mine
omnipotentia tua do mi nans da
sermonem rectum in os meum ut
placeat ante uos. Ba me a in
conspectu principis sec. Da nobis mise
ricors ds ut hec salutaris oblatio et
apropriis nos reatibus indesinenter
expediat: et ab omnibus tueatur aduer
sis. Per co. Dico uobis gaudium est angelis
dei super uno peccatore penitentiam a
gente. co. Sumpsimus dne sacri
dona mysteriis humiliter deprecan
tes: ut que in tui nos commemoratio
ne facere precepisti: in tue proficiant
infirmitatis auxilium. Per f. uii.